

Ecclesiis, hospitalibus, ac aliis piis locis, multasque, & magnas elemosinas per pauperes mandavit distribui, multaque anniversaria, ac magnum numerum Missarum pro anima sua fieri decrevit, quod totum constat ex ejus testamento, quod refertur in Monarchia Lusitana 4. part. fol. 270.

Monarch. Lusit.

35.

Sciunt, sciunt, & agnoscant Auctores extranei summam pietatem, ac obedientiam nostrorum Regu Portugallia in sanctam Ecclesiam Romanam, quod quando faciebant leges, & statuta, prout intelligebant necessaria esse ad conservationem suorum Regnorum; tamen in fine suorum legum apponebant, quod si aliquid in suis legibus esset contrarium Decreto Summorum Pontificum tanquam non leges haberentur; ut constat ex quodam libro parvo fol. 25. cujus titulus est foral antiquo de sanctarem: habetur in Archivio Regio, vulgo Torre do Tombo refertur in Monarchia Lusitana, 5. part. inter gesta Regis Dionisii lib. 16. c. 63. §. Doque elle. Quod ut maxime notatu dignissimum hic appolui, quae si vidissent Bzovius ad annum 1222. & Fumafius in sua Republica lib. 6. cap. 41. non tam indebitè ac irreverenter loquerentur de Serenissimo Principe, tam pio, ac devoto in Ecclesiam.

Foral. de Sanctarem.

Monarch.

Bzovius. Fumafius.

36.

Mortuo Alphonso successit in Regnum filius ejus major nato Dominus Dionysius, qui statim omni affectu, totisque viribus apposuit ad concordiam super hanc rem faciendam cum sede Apostolica, & cum in Roma jam adessent procuratores status Ecclesiastici D. Fr. Tellus Archiepiscopus Brachvaren. D. Americus Episcopus Conimbricens. D. Fr. Bartholomaeus de Sylvest. D. Ioannes de Lamago. Pro parte Regis fuerunt D. Martinus cantor major, id est chantre Eborensis, D. Ioannes Martinus canonicus Conimbricensis, designatus Episcopus Vlyssippon. tunc alta, & divina providentia Summus Pontifex Dei Ecclesiae erat Nicolaus IV. qui ut magnus Pater summo studio exoptabat pacem, ac concordiam in hac re, idque commisit quatuor Cardinalibus; quatuorque conditionibus appositis ut constat, ex prima, & secunda bulla. Prima conditio. Quod Procuratores Ecclesiastici, ac Regis convenirent inter se.

Bulla prima & secunda.

37.

Quod totum negotium determinatum; & absolutum est à sua sanctitate, per novem bullas Apostolicas, quae habentur in Archivio Regio lib. 5. fol. 79. Regis Dionysii, & eas apud me habeo transumptas ex ipso Archivio Romano Vaticano; & praecipuam bullam hujus concordatae ait Gabriel Pereira manu Regia, tom. 1. fol. 223. quod eam non potuit in lingua Latina invenire; tamen, ut scribit Doctor Franciscus Brandam 5. part. Monarchiae Lusitanae, lib. 16. cap. 63. in Archivio Regio est in

Pereira.

Monarch. Lusit.

lingua Latina, & etiam in Archivio sanctae Sedis Vlyssippon. fol. 297. & 298. & hac concordata facta est, die 6. Januarii anno 1289. secundo anno Pontificatus Nicolai IV.

38.

Ipsi articuli facti sunt ad evitanda aliqua gravamina, quae Ecclesiastici pariebantur, ut notat Illustrissimus Rodericus à Cunha in C. A. Cunha, dialogo Brachvar. part. 2. cap. 39. num. 4. fol. 125. Ipsos quadraginta articulos ad longum referunt Gabriel Pereira proxime citatus, Bzovius Pereira ad annum 1289. Vvading. ad annum Religionis 82. nu. 20. juxta compositionem praedictae concordatae Martinus Pires Cantor major, id est Chantre Eborensis, Regis nomine, praedictam concordatam acceptavit, sub juramento observandam, quod etiam magna animi alacritate, ac promptissima voluntate praestitit D. Rex Dionysius sub juramento coram Regni magnatibus, ut ad longum refertur in Monarchia Lusitana citata part. lib. 15. c. 63. Et postea, cum aliqua dubitationes pullolarent, facti sunt undecim articuli, de quibus multa dixi in nostro citato tractatu praecipue, §. 3.4. ac 5. factis, & publicatis praedictis articulis, facta est magna pax, ac tranquillitas inter Regem, ac Sedem Apostolicam, retenta Ecclesiae auctoritate, praemiunitia, ac libertate.

39.

Postea vero tempore labente ab anno 1334. usque ad annum 1639. dura tempestas in hac re exorta est, & multa à fidelibus relicta Ecclesiae auferebantur. Tunc sanctissimus Dominus Urbanus III. per suum Collectorem Illustrissimum Dom. Alexandrum Castracani Vlyssipponem Virum, sanè Apostolicum, & per Illustrissimum Dom. Laurentium Campegi Marditi Nantium Apostolicum, multa paterno affectu exoptavit componere, cujus rei coram Deo, ego testis sum, cum ibi essem Procurator Apostolicus, inde ipse Sanctissimus Dominus Urbanus VIII. dedit quoddam diploma valde rigidum, ac severum in hac, & incipit, Quamvis juxta canonicas sanctiones. Datum Romae die 5. Iulii anno 1638. in quo sua sanctitas motu proprio, ac de certa scientia, plenitudine potestatis revocat, ac annullat, cassat, ac irritos facit, ac reddit omnes, & singulos actus, & sententias, & processus factos super hanc rem multis impositis penis, quod diploma fuit publicatum mense Decembris ejusdem anni, & ejus transumptum habeo apud me.

40.

Et cum tota civitas Vlyssipponensis per ferè quindecim menses magno dolore fidelium, hac de causa rigido interdicto, laboraret, Deus benignus, & Clemens respiciens, & videns Regnum Portugalliae, juxta promissum factum primo, ac Serenissimo Regi Alphonso Henriquez prima die Decembris in sabbato anni 1640. magna Regni gratulatione, ac omnium gaudio acclamatus Rex noster legitimus Ioannes IV. & cum hujus rei nuntium accepisset in Villa Viçosa maxime notatu dignissimum est, quod primum ejus Decretum, primum ejus verbum fuit, quod ipse desistebat ab executione legis contra libertatem Ecclesiae, quod promptissime obediens se subiciebat voluntati, ac dispositioni Romani Pontificis, quo usque cum eo de hac re ageretur, ac concordia fieret, quod veluti ebiberat

Alphonsus.

Rex Ioannes.



RESOLUTIO XLII.

De Miraculis.

QUESTIO PRIMA.

Quid sit Miraculum, & quid ad ejus naturam pertineat?

SUMMARIUM.

- 1 Unde nomen Miraculi derivatur.
- 2 Miraculi definitio.
- 3 Miraculum est opus solius Dei, signum, ac sigillum divinitatis.
- 4 Miraculum est Dei testimonium, loquela, ac pignus.
- 5 Miraculum est opus rarum, & extraordinarium.
- 6 Miraculum est supra virtutem omnium naturalium causarum.
- 7 Ad excellentiam miraculi pertinet, quod fiat celeriter, ac confestim.
- 8 Miracula non semper sunt celeriter, sed aliquando paulatim, ac sensim.
- 9 In miraculis maxime consideranda perseverantia in effectu.
- 10 Explicatur tempus quoad vocem Josue Solentur ad evidentiam miraculis.
- 11 Ad evidentiam miraculi requiritur multiplicatio actuum.
- 12 Sanitas morbi dum quis B. Virginem, verbi gratia, deprecatur hic & nunc miraculosa reputatur.
- 13 Duplex est miraculum, unum secundum esse alterum secundum dici.

**A** NOMINE miraculi incipiamus. Miraculum deducitur à verbo Graeco *miraculum*, & etiam fuit à verbo Hebraico *Tamara*, & significat admirari cum stupore, ac vehementia, nam cum miraculum sit opus extraordinarium super omnem vim, ac concursum naturae creatae, inde magnam admirationem, & stuporem inducit; unde ex miraculis, quae Christus D. faciebat frequenter in turbis, ac populo multa erat admiratio. *Matth. 8. Matth. 9. Marc. 1. Luc. 9. Joan. 4. num. 22.*

Sic definitur miraculum, est opus extraordinarium, & rarum praeter legem ordinariam Dei, & supra omnem virtutem causarum naturalium. Hae definitio desumitur ex D. Thom. Thoma part. 1. quest. 105. art. 7. & 8. lib. 3. contra gentes c. 101. & ex D. Augustino lib. 4. de Trinitate. cap. 4. & 5. & lib. 26. contra Faustum c. 3. & sequentibus, & lib. 6. de Genesi. ad liter. c. 13. Hinc clarè patet quanta sit ejus excellentia, ac majestas.

Opus est solius Dei, ut multoties canit Regius Vates Psalm. 71. num. 18. *Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus*, & Psalm. 135. num. 4. *Qui facit mirabilia solus*, & Psalm. 85. num. 10. *Quoniam magnus es tu faciens mirabilia: tu es Deus solus*, D. Augustinus

Hebr. 10.

Psalm. 39.

D. Anselm.

41.

42.

42.

ebiberat à supremo omnium capite Christo Jesu, de quo ait Paulus ad Hebraeos 10. n. 5. & 10. *Ingressus mundum dicit: in capite libri scriptum est de me; ut faciam Deus voluntatem tuam*. Ex Psalm. 39. num. 7. Ubi communiter Patres notant, cum primum Christus Dominus ingressus est in mundum in utero Virginis primum ejus verbum in capite libri ad suum Aeternum Patrem, extitit summae obedientiae erga eum, ut faciam Deus voluntatem tuam, ut semper haberet uniformem, ac concordatam voluntatem cum eo. D. Anselmus ad citatum locum Pauli sic ait in persona Christi. *Quia voluntatem meam, quam juxta naturam humanitatis habeo, divinae voluntati tuae prorsus concordem feci*. Hoc divinum, & sublime assatum Deo inspirante, hausit Serenissimus noster Rex Joannes IV. cum primum in Regnum est ingressus, ad illum manum admovit, ut profunde obediens, voluntatem suam concordem faceret cum Christi vicario, ut ab illo in nullo discreparet.

Cum pervenisset Decretum Regis ad Vlyssipponem, Illustrissimus Dominus Rodericus à Cunha, congregatis Doctissimis Viris hujus civitatis Vlyssipponensis, inter quos etiam omnium minimus ergo adfui, lectum est Regis Decretum; & cum tota civitas interdito opprimebatur ob executionem legis, contra Ecclesiae libertatem, à qua executione Serenissimus Rex desistebat, se in omnibus subjiciens Romano Pontifici, Resolutum fuit interdictum jam cessasse, & jam ablatum esse declarandum, ex illo certo, & communi principio Theologorum, quod cessante causa censura, cessat & ipsa censura, & ita sequenti die 6. Decembris festivitate sancti Nicolai supradicti 1640. interdictum est ablatum, magna festivitate, & applausu, cum in illa felicissima die Serenissimus Rex Joannes IV. exceptus sit communi omnium letitia, ac gratulatione in hac civitate, postea Hieronimus Barallim ex Regis licentia exercens suum officium etiam auctoritate Apostolica declaravit interdictum cessasse, & esse ablatum.

Et ad majorem hujus rei firmitatem ipsa met Rex Joannes IV. Decretum dedit regia manu sua firmatum die 2. Januarii 1651. quo praecipit omnibus suis ministris, iudicibus, ac Senatoribus Regis, ut in his, quae pertinebant ad capellas, ac bona Ecclesiarum nullo modo se audeant intromittere, aut aliquid innovare, quoad usque de his rebus ultima fiat resolutio cum sancta sede Apostolica; ecce quanto jure, & optima ratione Serenissimus Rex Sebastianus dixit, quod Reges Portugalliae nulla alia nomenclatura insigniri volebant, nisi tantum ut filii obedientissimi Ecclesiae dicerentur.

Joan. 2.

rinusibi, inde colligit Propheta, quia Deus fit solus, quia ipse solus facit miracula. Inde miracula, seu miracula sunt signa divinitatis, sic & Joannes de miraculo in nuptiis Cana: Hoc fecit initium signorum Jesus in cana Galilee cap. 2, n. 11. & de miraculis Christi, ait ei Nicodemus, Nemo potest haec signa facere quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo Joan. 3, num. 2. Noster D. Cyrillus Alexandrinus ibi: Talia signa, seu miracula a solo Deo veniunt, & inde miracula sunt divinitatis signa. Loquens Christus D. de caelesti pane, Quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signavit Deus, Joan. 6, num. 27. Graecus legit: Hunc Pater sigillavit Deus. Illud Hunc, ad filium refertur, ut suo loco dixi ex D. Chryostomo, Euthymio, Theophylacto, D. Thoma, D. Bonaventura, id est hunc filium suum Aeternum Patrem, operibus, ac miraculis, quibusdam sigillis demonstravit, ac distinguit a ceteris hominibus, ut filium suum, ac Salvatorem mundi; miracula sunt tanquam sigilla divinitatis, ut docet D. Thomas 3, part. quae. 43, art. 1. Sigillum apud nos est tanquam signum, seu stigma, quo res agnoscitur ut alicujus certae personae distincta a ceteris: sic & miracula sunt sigilla divinae omnipotentiae, quo ejus divina virtus in tali facto, seu opere agnoscitur, ut suum opus, & nullius alterius.

Joan. 3.

Joan. 6.

Chryost. Euthym. Theophyl. D. Thom. D. Bonav.

Gracus. D. Thom.

4.

Joan. 5.

D. Chryl.

D. August.

D. Chryl.

5.

D. August.

Joan. 6.

6.

1. Reg. 4. 9ap. 7.

ad excellentiam miraculi maxime pertinet, quod celeriter, ac confestim fiat, sic & Christus, ordinarie loquendo, miracula operabatur, sic ad vocem Christi filius viduae Naim surgit vivus, & coepit loqui. Luc. 7, n. 15. sic & Petrus sanans claudum ad portam templi dicitur Actor. 3, num. 7. & apprehensa manu ejus dextera allevari eum: & protinus consolidata sunt bases ejus, & planta. Expende illud protinus, Syriacus in momento, Recte D. Basilus in Plal. 115, expendens vocem Petri Surge, & ambula, Sic ait Sanctus Doctor: Hanc vocem per Spiritum, dicto ocyus, efficacia operis consecuta est. Et hoc miraculi argumentum celeritas in operando.

Et quamvis ad praestantiam miraculi maxime pertineat, quod confestim, & indilate, ac veluti in momento fiat, non tamen id semper contingit ob altos divinae Providentiae fines, sed paulatim, ac sentim, Cecus a Christo D. curatus, primam vidit homines ambulantes ut arbores Marc. 8, num. 24. non discernens homines ab arboribus, quemadmodum qui procul hominem vident tanquam molem, lineamenta non distinguunt. Causa fortassis fuit, ut ubi dixi, quia Christus suam potentiam moderatos est ob caeci fidem nondum perfectam; sic & Petrus dum ad vocem Christi firmiter credit, ambulat super mare, cum vento valido insurgente dubitat, coepit mergi, Matth. 14, num. 3, ut paulatim beneficium, quod ei conferebatur ex virtute Christi, pluris faceret; sic & parens meus Elias ut puerum suscitaret, expandit se, atque mensus est super puerum tribus, Reg. 17, n. 21. sic & Elias, ut suscitaret puerum, oscitavit, puer septies, & aperuit oculos ejus 4, Reg. 4, num. 15, sic & Apostolus Paulus ut mortuum suscitaret, Incubuit super eum, & complexus est Actor. 20, num. 10, ardentissimo charitatis vinculo, & Naaman, dum septies lavatus in Jordano a lepra mundatur 4, Reg. 5, n. 14. Sic & multi alii.

In miraculis istis agnoscendis maxime consideranda est, ut cum communi sententia notat Suar. de fide, disp. 3, sect. 3, num. 9. Diuturnitas effectus, ac perseverantia in opere, quae est efficax veritatis indicium; nam quae arte sunt cito evanescent, mors Lazari bene probata est per quatuor, dies, & ejus vita cum postea per multos annos fuerit Episcopus Massiliensis, Paralytici bene demonstratur infirmitas, cum in ea steterit per triginta, & octo annos, & ejus sanitas, dum tollit grabatum & ambulat, & postea invenit in templo, Joan. 5, num. 13.

Ad vocem Josue: Stetit Sol in medio caeli, & non festinavit occumbere spatio unius diei, Josue 10, num. 12, de quo agens Ecclesiast. 49, num. 5, ait: Una dies, tanquam duo, ut ibi notant expositores Lyran. Abulens. Cornel. quod juxta computum nostrae Europae, in qua dies sunt duodecim horarum stetit sol spatio unius diei, id est spatio duodecim horarum, & alia dies habuit viginti quatuor horas, & ut ipsi Auctores advertunt in Palestina dies sunt majores, scilicet quatuordecim, vel quindecim horarum, stetit ergo Sol spatio quatuordecim, vel quindecim horarum, & illa dies habuit viginti octo vel triginta horas. Ad quid

Luc. 7.

Actor. 3.

Syriacus. D. Basil.

Marc. 8.

Matth. 14.

3. Reg. 17.

4. Reg. 4.

Actor. 20.

9.

Suar.

Joan. 13.

Joan. 5.

10.

Josue. 10.

Eccles. 49.

Lyran.

Abulens.

Cornel.

Serarius. D. August.

11. Joan. 5.

Actor. 3.

Eccles. 48.

D. August.

12. 13.

Actor. 3.

quid ergo tam accurate explicat Scriptura tempus, quo Sol in suo cursu fixo sistit pede? Ad quid insuper tempus, quo stetit nobis declaratur? Notat Serarius in Josue citato loco, q. 2, s. D. Augustino lib. 21 de Civit. c. 8, quod Castor & alii dixerunt caelestia luminaria per breve morulam naturaliter posse in suo cursu stare, ac sistere, inde Scriptura divino afflata explicat tempus, quo Sol stetit, quod non fuit brevi morula, nec una vel altera hora, sed quatuordecim, vel quindecim horis, ut persistentia, ac perseverantia. Solis in uno loco, veritas miraculi sit comprobata, & omnis contraria suspicio procul abigatur.

Ad evidentiam miraculi non sufficit unus vel alter actus, sed requiritur multiplex actus, sic Paralyticus sanatus ambulat portans lectulum & postea invenitur in templo, ut supra dixi. Claudus sanatus a D. Petro in portico templi, introivit cum eo in templo, ambulans & exiliens. Actor. 3, num. 18. praegaudio multipliciter saltans gressus dabat. De Magno Parente Elia ait Ecclesiasticus 48, n. 3. Dejecit de caelo ignem ter, & sic amplifatus est Elias in mirabilibus suis. Vatablus in miraculis suis. Ad hoc dicitur, quod dejecit de caelo ignem ter, & si semel dejecisset ignem nonne fat erat, ut diceretur magnus, ac praeclarus in miraculis suis. D. August. de mirabilibus Sacrae Scripturae, ait: Ter publicatur ignis eceus, ut divina virtus clarescat. Res valde magna est, quod ignis a caelo descendat, nonne fat erat, quod hoc semel fieret, ut divina virtus claresceret. Ad quid requiritur trina emissio? Si semel ignis descenderet ad vocem Eliae, diceretur hoc factum casu, vel naturaliter, at verum cum sit semel, iterum ac tertio, non casu, nec naturaliter, sed divina virtute factum demonstratur, ut divina virtus clarescat.

Hic tamen advertendum est, quod dum quis pro sua infirmitate Christum Dominum, vel Beatam Virginem deprecatur, & se sanum invenit, illa talis salus miraculosa reputatur: nam quamvis fieri poterat, quod ibi morbus faceret terminum, tamen salus quae per causas secundas venit, ut perfecta sit valde lento gradu & moroso fit, Multis praeviis dispositionibus antecedentibus, quae multum temporis spatium requirunt, ut si quis viride lignum in ignem injiciat, non statim formam ignis recipit, sed prius praecedant quam plurimae dispositiones siccitatis, caloris, & aliarum & postea succedit ignis forma; sic & sanitas naturalis antecedentibus dispositionibus, sensim venit. Paulatim febris remittitur paulatimque, manus digiti, v. g. incipiunt extendi. Et esto ibi & nunc in hoc temporis momento, naturaliter morbus remittatur, tamen corporis membra, ut arteriae, venae ex illo pravo humore manent offensa, debiles, ac extenuatae, ut suas rectas, expeditae operationes, non valeant exercere; v. g. si quis patiat unum symptomata, vulgo Accidentia. Cum ab illo expeditur, non statim in rectas, & consuetae actiones prodire possit, sed interposito aliquo tempore; quod subito tantum miraculose fit; inde miraculum sanati Claudii a D. Petro maxime clarescit, quod ingressus sit cum illis Petro, & Joanne in templum statim ambulans, exiliens & laudans Deum. Actorum 3, num. 8. Sylvara Opuscula.

quod si esset sanitas naturalis, fieri non poterat sola illa, quae est a Deo, breviter, & non multa temporis mora fit; etsi aliquando ob altos Divinae sapientiae fines sensim veniat, tamen non multum immoratur, sed cito & velociter fit. Ait Christus Dominus Centurioni, dum pro suo servo deprecatur. Vade sicut credidisti fiat tibi, & sanatus est puer in illa hora. Matth. 8, num. 13. Chaldaeus habet, in illo momento Divus Chryostomus homil. 27, apud Divum Thomam ait, Ubi velocitatem admirare, neque enim solum curare, sed inopinatum, & in momento temporis, hoc facere, virtutem Christi ostendebat. Deinde illa simulas imperii Christi cum sanitate, hic & nunc divinam virtutem declarat, ut docet Divus Augustinus serm. 6.

Notandum est ex communi doctrina Theologorum, quod miraculum in duplici differentia potest considerari, vel est miraculum secundum esse vel secundum dici. Miraculum secundum esse tunc datur, quando subiectum nullam habet potentiam, nec activitatem, nec proportionem ad actum, verbi gratia, si hic calamus meus modo loquatur modulate canter & compositè saltus der, cum calamus nullam habeat potentiam nec activitatem ad tales actus, est miraculum secundum esse, quia divina virtus dat illi potentiam ad illa operanda. Aliud dicitur miraculum secundum dici, quando scilicet subiectum habet potentiam & activitatem ad actum, datur tamen impedimentum in arteriis & musculis, verbi gratia, caecus habet potentiam ad videndum, datur tamen impedimentum in organo visus; Claudus habet pedem ad ambulandum, est tamen obstaculum in arteriis, ac nervis.

QUESTIO II.

Ex multiplici sine miracula a Deo fiunt.

SUMMARIUM.

- 14 Nullus intellectus potest explicare Dei miracula, ac miracula.
- 15 Miracula necessaria ad fidem Christi predicandam, in quo erant completa omnia Prophetarum oracula.
- 16 Miracula Apostolorum, ac discipulorum ad eorum predicationem firmandam.
- 17 Miracula Christi, ac ejus discipulorum fuerunt vera.
- 18 Talia miracula non fuerunt facta virtute naturali.
- 19 Talia miracula non fuerunt facta, arte daemonis, & num. 20.
- 20 Deus saepe facit miracula in bonum servorum suorum, & etiam in poenam iniquorum.
- 21 Miracula fiunt aliquando a Deo in confirmationem alicujus veritatis.
- 22 Deus saepe facit miracula ad honorandos, ac nobilitandos servos suos in oculis aliorum.
- 23 Deus facit miracula per sacras imagines.

Natth. 8. Chaldaeus. Chryost.

D. August.

13.